



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt IV. De Pœnis taxatis in Constitutionibus Fratrum Ordinis Prædicatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

introcuntes Fratres, ut DEUM orent pro ipso, deprecetur, humilique sedentis diebus prandeat.

Quartò. Pœna denique gravior est, ut reus ultra quindecim dies habitum more Novitiorum distinctum gerat, & postremus in Choro & Refectorio sedeat, & in Capitulo cum Donatis aut Novitiis, si ibi fuerint, se prosternens de culpis accuset; tribusque diebus per hebdomadas singulas ad disciplinam se præparet, quam Prior, vel Præfidentis, quoties expedire videbitur, inferet.

Pœna autem omnes has Præpositus Generalis in tota Congregatione, & Provincialis in sua Provincia inferre potest.

Pœter hæc crimina graviora, quibus in nostris Constitutionibus taxata est pœna, sunt etiam alia graviora delicta, quæ quamvis prætermissa sint in nostris legibus, in Constitutionibus tamen aliarum Religionum inter graviores culpas referuntur, illisque imponitur pœna proportionata. Quare non erit abs re, aliqua ex aliorum Ordinum Constitutionibus excerpta, huic Tractatui inferere, ut Visitator, cum neque in Jure Canonico, neque in nostris Constitutionibus designatam pœnam gravioribus culpis invenit, possit recurrere ad aliarum Familiarum Constitutiones, & ex illarum usum, & consuetudine receptas pœnas commissis culpis transferre ad nostram, & casibus occurrentibus eas accommodare.

Verum ut nunc prætermittam aliorum Ordinum consuetudinem, aut legibus, pœnas gravioribus culpis taxatas, ex Constitutionibus Ordinis Predicatorum, de pœnis aliquibus gravioribus culpis infligendis, aliqua breviter referam.

CAPUT IV.

De Pœnis taxatis in Constitutionibus Fratrum Ordinis Prædicatorum.

IN Constitutionibus Fratrum Ordinis Prædicatorum Cap. 18. De graviore culpa, distinctis sequentibus verbis gravior culpa, pœnaque ei imponenda describitur.

Gravior culpa est, si quis per consumaciam, id est manifestam rebellionem inobediens Pralato suo extiterit, vel cum eo in tuus & foris protervè contendere ausus fuerit. Secundo. Si quis percussor fuerit. Tertio. Si quis crimen capitale, id est pœna mortis in seculo puniendum commiserit. Quarto. Si quis procuraverit, quod ipse, vel alius eximatur via non juridica à potestate sui Pralati. Quinto. Si quis rem sibi colatam celaverit, quem B. Augustinus iudicio dicit esse condemnandum.

Si quis convictus fuerit, & veniam petierit de huius criminibus, denudatus vapulet, quantum placuerit Pralato, & sit omnium novissimus in Conventu, & qui culpam perpetrando non erubuerit, membrum diaboli fieri: ad tempus, ut respiciat, sequestretur à consorcio omnium Christi.

Pœna autem sequestrationis, ut in eisdem Constitutionibus cavetur, tunc tantum locum habeat, quando propter peccatum mortale ad pœnam gravioris culpa que est damnatus. In Refectorio quoque ad mensam cum ceteris non sedebit, sed in medio Re-

fectory super nudam terram comedat, & providetur ei seorsum panis gravior, & potus aqua, nec reliqua prandij sui cum aliis miscantur ut cognoscatur, se in esse sequestrationem à consorcio aliorum, & quod privetur, nisi per penitentiam redeat consorcio Angelorum, ad Canonicas horas, & gratias post conversionem ante ostium Ecclesie transeuntibus Fratribus, prostratus jaceat, dum intrant & exeunt; nullus autem audeat, se conjugere illi, vel aliquid mandare. Et infra: talis quamdiu in hac penitentia non communicet, nec veniat ad osculum yam.

Eodem etiam Cap. 9. Ita decretum est. Qui in Pralatum suum manus injecerit temere violentas, aut quemcumque lethaliter vel graviter, seu atrociter percussit, aut infra septa Monasterii super se arma invasiva portare præsumpsit; & carcerali custodia mancipietur. (& infra §. 5.) Quæmina quæcumque Fratrum secularibus personis, seu aliis extra obedientiam nostri Ordinis constitutis revelaverit, unde Fratribus vel Ordini infamia vel damna fuerint subsecuta; & carcerali etiam custodia mancipietur: & volumus quod hujusmodi Ordinis destructores possint nisi per Magistrum Ordinis, vel Generale Capitulum liberari.

Pœterea §. 8. contra conspiratores sequens pœna stabilitur. Si qui per conjurationem, vel conspirationem, vel malitiosam concordiam, adversus Priores, vel Pralatos suos manifeste se exercerint, de cetero in omni vita sua extremum locum sui Ordinis teneant, & vocem in Capitulo non habeant, nec in aliqua committatur obedientia.

Demum eodem Cap. 18. §. 9. contra alia gravissima crimina sequens pœna stabilitur. Statuimus quod si quis nefandam crimen concubitus contra naturam, homicidii, vel propinatis, etiam si sic non subsecuto, veneni commiserit; perpetuo carceri sit addictus, à quo nec per Magistrum Ordinis, nec per Capitulum Generale possit ante annos 20. liberari; & nihilominus pœnis aliis puniatur, secundum Pralati discretionem. Hæc tamen Constitutiones sicutum P. ad catorum.

Circa hoc verò pessimum, atque horrendum Sodomiz crimen notandum est, quod illius pœna de Jure Canonico est depositio, & perpetuus carcer; nihilominus ex Constitutionibus P. Regularibus hoc vitio infectis decretum est, ut privati intelligantur, & degradati iudicibus secularibus tradantur. Quæ Constitutio est septuagesima in ordine, incipiens: Horrendum, &c.

CAPUT V.

Quando, & quibus sit infligenda pœna Carceris.

Visitatorum in primis advertant, non evitent, neque pro omni crimine Religiosos fore incarcerandos; tum quia hoc est pro judicium intolerabile, ut notat Baidus in lib. 1. C. de integ. restitut. postulat. tum etiam, quia eo casu Visitatores de injusta captura strictam coram ipso Deo rationem reddent. Secundum, quod Pralati animadvertere debent, illud est, ut iudicia, quæ resultant ex processu, sint sufficientia ad capturam. Si autem quæras, quænam in iudicia sint sufficientia; oportet confidere prius, quod Religiosi triplici de causa (ut tradit Bernardus Diaz in sua Practica Criminali Cap. 126.) Carceribus tradi possunt.

Primò